



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

10. Diuitias appeti ob vindictam, ob qua[m] ipsam essent fugiendæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45699

uestium mittens patri suo. Cùm ergo sciret pecuniam esse matrem discordiarum, litiumque semen, quia *dedit eis ex omnibus diuitijs Egypti*, prudenter eos monuit, ne inde ansam arriperent vel inuidiæ, quòd minimo plus dedisset, vel iræ, quòd huic talem, alij aliã stolam dedisset. Qualis discordia existere potest, vel inter ipsos quoque Religiosos paupertatis non amantes, si vident alium habere meliorem pileum, recentiore togam, nitidius pallium, pulchrius breuiarium; saepe etiam ob elegantiorẽ icunculam: aut si ob calceos magis attritos sibi datos, sunt in fermento. *Certamen monistis, opes.* Denig, quò quisque plus habet rerum, eò plures habet sollicitatores & insidiatores.

Vt autem dissidia ex opibus germinant, ita & vindictæ appetitus. Qui enim videt, sibi deesse vires ad vindictam, fert, quod ferre cogitur. At qui nouit, sibi neruum esse, cristas erigit, & surgit in iras. Immò ad hoc optantur, & quærentur opes, vt ijs noceri possit, qui iniuri sunt. Hoc ipso damnanda, quia sic quærenda. Scitè D. Chrysofomus: *Sed vindictam, inquis, inimicorum sumere aliter non possum.* Hæc verò est maxima causa, propter quam execranda sunt diuitie, & amanda paupertas; istum enim gladium, quæ dicis, acunt aduersum te; faciunt enim te preuaricatorem mandati illius: *Mibi vindicta, & ego retribuam, dicit Dominus.* Vis autem videre, quantum mali habeat cupiditas vindictæ? Misericordiam DEI aufert ab homine, & gratiam iam concessam renocat, & infringit. Scriptum est enim in Euangelio, quòd is, qui talentorum multorum debitor fuerat, & veniam à domino precatu, a domino impetrauerat; cùm conuersus ad seruum suum, qui ei parum pecunia debebat, hoc est, ei qui parum in eum peccauerat, exigere eum cœpit, vindictam scilicet sumere, & ob quod immitis fuit erga indigentiam serui, ipse de se tulit sententiam, vt non solum iam concessa non frueretur indulgentia, sed & tortoribus traderetur, atq; vniuersi debiti summam, cum supplicio solueret ac pœna, & ita, pro desiderio vindictæ, munus perdidit indulgentiæ diuinæ. Pro his, quæso te, expetenda videntur diuitie, vt tibi facilior sit ad interitum via? Nonnè pro his maxime oportebat eas veluti grauissimum inimicum vitari?

Quid quòd non priuatæ duntaxat inimicitia, ob pecunias, gliscunt, sed etiam odia in publica bella, propter opes erumpunt?

H

Atque

Michiel P.
cent. obli.
us. Hiltor.
de Pontic.
decedit. c. 4.

X.
Pius ex.
pla de ludo.
tium.
Com.
Polo. d.
ton. in.
fo. c. 17. P.

S. Chrysof.
tract. quòd
nemo lædi-
tur, nisi à se-
ipso.
Rom. 12. 19.

Matth. 18.

XI.